

*55. Memoratorium testamenti
di Comina de Stampis*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*55. Memoratorium testamenti
di Comina de Stampis*

1355-05-07

(c. 449v) In nomine domini nostri Iesu Christi amen. Anno eius nativitate <sic> millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto, regnantibus dominis nostris domino Lodovico et domina Ioanna Dei gratia Hierusalem et Sicilie rege et regina, ducatus Apulie et principatus Capue, Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis comitibus, regnorum vero dicti domini nostri regis anno septimo et prefate domine nostre regine anno tercio decimo feliciter amen, die septimo mensis madii, octave indicionis, apud civitatem Potentie.

Nos Bartholomeus de Auromundo de civitate Potentie annalis iudex dicte civitatis Potentie, Manfridus de Zampa de Potentie baiulus dicte civitate <sic> Potentie eiusdem anni octave indicionis, Angelus de Bono Pari publicus eiusdem civitatis notarius et testes subscriptorum <sic> ad hoc specialiter vocati et rogati, presenti scripto publico notumfacimus et testando fatemur quod dum sederemus pro tribunali in loco iudicii in dicta civitate Potentie ubi dicta curia civilis regi solet, comparens coram nobis abbas Raynaldus de Abrucio et abbas Bernardus de Episcopo, clerici et canonici maioris ecclesie Potentie, procuratores // (c. 450r) dicte maioris ecclesie Potentine et capituli ipsius ecclesie, ut nobis per sedam factam per me predictum notarium Angelum ipsius procuratoris constitit evidenter, et nobis obtulerunt in iudicio et apud acta nostra quandam petitionem tenoris et continentie subsequentis: «coram nobis providis et discretis viris, bambis et iudicibus civitatis Potentie anni presenti octave indicionis pro tribunali sedentibus, pro ut ad vestrum spectat officium, iustitiam mignistrando et vestra curia exponunt abbas Raynaldus de Abrucio et abbas Bernardus de Episcopo,

procuratores maioris ecclesie Potentine, dicentes quod cum et pro <sic> Comina de Stampis de eadem civitate, mulier vidua captiva detenta in domo abbatis Francisci de Madio per dictum Ricardum Melia de Neapoli, imperialem <sic> capit(aneum) civitate <sic> ipsius, de certo termine ex quo se cognoscens procul <dubio> morituram volensque ad veniam de comissis per eam finaliter devenire, coram infrascriptis testibus, suum patrem spiritualem ad confitendum se et ad testandum aliqua pro anima sua realiter invocavit; que iure alia legavit ecclesie Sancti Girrardi <sic> terram unam suam // (c. 450v) quam habet pro indiviso cum Galasio de Stampis, sitam in contrata Bolachetti, iuxta terram heredis Manfredi de Callvello <sic>, terram heredum Dementi domini Yllarii <sic>, terram predictae ecclesie Sancti Girardi et alios fines, ut clerici ipsius ecclesie orent pro anima sua, pro luminariis. Et quia de predicto legato non est aliquod documentum nec scriptum publicum nec privatum et [ut] de re gesta memoria pareat et ecclesie [pr]edictae remaneat, <sine> detrimentum in preiudicium anime testatoris ipsius, pena ut cum instantia predictos infrascriptos testes per vos et vestram curiam citari requiri debere, ut coram vobis et vestra curia ac testibus aliis de legato predicto redant testimonium veritates et eorum dicta, ad cautelam ipsius ecclesie, in formam publicam reducatur, vestrum super hoc officium quod est publicum et expressius implorando. Testes citandi et examinandi sunt hii, videlicet: domnus Andreas de notario Andrea, frater Colasius de Mastro, domna Bona de Abbate, domna Ducata de Aliduca, Claricia de Opido et frater Cranius de Dyano». Quam portionem recepimus et amissimus si et in quantum // (c. 451r) amicti et recepi potuit de iure

et volentes ad executionem ipsius petitionis procedere, prout de iure tenebamus ex nostro officio pro ut postulat ordo iuris, eidem pretitulato die septimo dicti mensis madii, imitum <sic> et mandate sunt per nos et eandem curiam, mandato executori <sic> curie, quod per emptore citet suprascriptos testes superius nominatos, [q]uilibet ipsorum ad penam unius agustalis, ut [...] sequenti die iuridice compareant in dicta curia depositare /<ad> requisitionum veritate super tenorem dicte petitionis, ad petitionem predi[ct]orum procuratorum; quod <sic> termino veniente vi(delicet) dicto undecimo die iuridica <sic> dicti mensis madii eiusdem octave indicionis, dicti testes comparuerunt in iudicio coram nobis et iuraverunt dicere venire ad sacra Dei evangelia corporaliter tacta super tenore dicte petitionis; eodem die quo <sic> dicti testes coram nobis comparuerunt et iuraverunt, ut dictum est, eos examinandi super tenorem petitionis supradicte, sigillatim et in secreto, ut moris et iuris est, eorum dicta et depositiones // (c. 451v) inferius describuntur; et ipsorum supradictorum testium nomina et depositiones sunt et videlicet: Franciscus Vilasius de Marsico de ordine Sancti Francisci de Potentia, testis iuratus et interrogatus super tenorem dicte petitionis dixit vera esse eaque continentur in petitione; interrogatus in causa scientie, dixit quod interfuit, vidit et audivit; interrogatus de tempore, dixit quod fuit in anno predicto octave indicionis; inter/rogatus de [loco] dixit pro ut in dicta petitione continetur. Franciscus Cramus de ordine Sancti Francisci de Potentia, testis iuratus et interrogatus super tenorem dicte petitionis, dixit ut Franciscus Vilasius primus sibi proinde superior testis; interrogatus in causa scientie, tempore ac loco, dixit ut Franciscus Blasius. Et dompna Ducata de Aliduca de Potentia, testis iuratus

et interrogatus <sic> super tenorem dicte petitionis prius sibi lecta et divulgata, dixit per omnia ut Franciscus Blasius; interrogatus <sic> in causa scientie, loco et tempore, dixit ut idem Franciscus Blasius; domna Bona de Abbate, testis iurata et interrogata super tenorem dicte petitionis, prius // (c. 452r) sibi lecta et divulgata, dixit per omnia ut predictus Franciscus Blasius; interrogata in causa scientie, loco et tempore, dixit ut idem Franciscus Blasius per omnia; Claricia de Opido, testis interrogata et iurata super tenorem dicte petitionis, prius sibi lecta et divulgata, dixit per omnia ut Franciscus Blasius; interrogata in causa scientie, loco et te[m]pore dixit ut idem Franciscus Blasius; domnus Andrea de notario Andrea, testis interrogatus et [i]uratus super tenorem dicte petitionis, dixit per omnia ut Franciscus Blasius primus testis, interrogatus in [c]ausa scientie, loco et tempore dixit ut idem Franciscus Blasius. <Ad> dictorum quorum abbatis Raynaldi et abbatis Bernardi procuratores <sic> dicte maioris ecclesie Potentine et capituli ipsius ecclesie et eorum successorum cautelam, de premissis qualiter coram nobis ac subscriptis testibus per nos vocatis gesta et acta fuerunt, factum est de nostro mandato presens publicum instrumentum per manus mei predicti notarii, nostre curie <et> dicti notarii signis et subscriptionibus et subsignationibus nostri qui supra iudicis et baiuli, etiam subscriptore <sic>, // (c. 452v) signis et subscriptionibus roboratum.

1

2

Così S per comparentes

Così S per scedam

3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16

Così S per procurationis
Così S per vobis
Così S per baiulis
Così S per? in
Così S per? edictum
Così S per inter
Così S per? appareat
Così S per? detrimento et preiudicio
Così S per petuunt
Così S per petitionem
Così S per perhemptorie
Così S per? deposituri
Così S per? requisitionem
Così S per? veritatis

8

17

18

19

20

21

Quod scripsi ego idem Angelus de Bono Pari publicus civitate <sic> notarius Potentiequi omnibus rogatus interfui et meo solito signo signavi; quod autem superius in quatragesima secunda lignea ubi legitur «notarius» interlignatum et emendate <sic> est per manus mei qui supra no[ta]rii non vicio sed errore, unde pro autentico habeatur unde ut supra. (S) Signum crucis p[ro]p[ri]e manus Manfredi de Zampa qui supra baiuli scribere nesciente <sic> Ego Bartholomeus de Auro Mundo iudex civitate <sic> Potentie qui supra Ego presbiter Angelus de Diano archipresbitero Sancti Micha... interfui Ego Nicolaus de notario Andrea interfui Ego Biscintinus de Leone testis interfui Ego Matheus de Cioffo testis interfui

22

23

Così S per? veritatem
Così S per? examinavimus
Così S per quorum
Così S per hec
Così S per gestis et actis
Così S per Michaelis
Così S per Bisantius